92 t

In Dei filio sibi dilectis RR. AA. PP. Magistris Prioribus N.ae Prov.ae

Bethica Ordinis Prædicatorum.

fr Thomas Ripoll. Salutem, et Regularis obser.ae incrementum

Acta Congregationis intermediæ Prov.ae nrãe Bethicæ in Conv.tu nrõ S.ti Petri Martyris de Luçena die 3.a Maij decurrentis anni celebratæ, simul cum scrutinio pro Confirmatione, aut retentione R. A. P. Mag.i Prov.lis ibidem, et sub eadem die peracto ad Nos, pro ut de iure, pro confirmatione transmissa, ad manus nrãs, ea qua alacri animo perlegimus: videntes in Actis, ea quæ zelum regularis obser.ae maxime, et in scrutinio pacem Prov.ae, eiusq maioris boni sollicitudinem medio prudenti R. A. P. Mag.i Prov.lis regimine, cuius confirmatio pro prosecutione in eo petitur. Vobis itaq inprimis de utroque congratulantes ipsum R. Mag.rum Prov.lem denuo confirmantes in Dño hortamur, ut in proposito incepto perseveret; ita q eiusdem zelo, vigilantia, ac sollicitudine Prov.a floreat, et magis, ac magis litteris, et observantia augeatur. Item q Acta Congregationis nrãe, etiam confirmatione digna iudicamus.

Quare tenore præsentium nri Officij auctoritate Acta præfata Congregationis intermediæ approbamus, et Confirmamus eisq robur nrãe Confirmationis adiicimus, specialiter approbantes declaras admissiones in Actis contentas ad Privilegia, et loca numerarij Præsentatus concessa RR. PP. fr Ildephonso Calderon, fr Christophoro Melendez, et fr Petro de la Coba iuxta Collegij Archiepiscopalis statuta ad gradus Præsentaturæ ob lecturam Sac. Theolog.ae ultra quinquennium in eodem Colleg.o promotorum: atque similiter ad gradus Mag.i Novitiorum per octo annos munus huiusmodi laudabiliter exercentibus concedi solitus RR. PP. fr Christophoro Lopez, fr. Joanni de Molina, et fr Joanni Sealverto, qui per illud tempus munus Mag.i Novitiorum obierunt.

Admittimus insuper renuntiationes, quas nobis proposuistis suarum Prædicaturarum Generalium factas à RR. PP. fr Rolando Garcia fr Joseph Muñoz, et fr Joanne de Cardenas, et in ipsorum locis institutiones aliorum à vobis factas per litteras nrãs speciales confirmavimus.

Declaramus tamen per expositiones ad gradus, et institutiones Prædicatorum Generalium in Actis contentas nullum ius expositis

et institutui competere ad Nos, vel illum respective, ...
per literas nostras patentes speciales omnique promove...
Iniungimus denique, et mandamus moderno R. Mag.o Pro...
per nostras literas patentes confirmationis Actorum, sim...
Acta in omnibus sua Prov.ae Conventibus notificari...
et in Actis contenta observari mandet, ac contra tr...
sores infallibiliter procedat, et poenis taxatis puni...
nomine Patris et Filij, et Spiritus S.ti Amen. ...
cumque in contrarium non obstantibus. In quorum...
his sigillo officij nostri munitas manu propria subscr...
Datum Romae in Conv.tu nostro S.tae Mariae super...
vam die Quarta Julij anni 1732

Fr. Thomas Ripoll
Magister Ordinis

Reg. fol. 72.

F. Cayetanus Benitez de Lu...
Mag.r et Socius